

Band V., Nr. 1565, Seite 323-324

Ein längst herrschender Streit zwischen den Plebanen von Emeringen und Erbstetten über den Zehnten auf einem Berge bei Wilzingen wird durch schiedsgerichtlichen Spruch des Dekans von Haizingen auf die eidliche Aussage von Zeugen zu Gunsten des ersteren entschieden.

Ohne Ortsbestimmung, Ohne Zeitbestimmung. (Um 1260).¹

Cum sepius facta seculi huius per diversas cogitationes oblivionibus orbentur, ne in simili nobis hoc contingat, ea, qua agimus in tempore, temporibus per virtutem litterarum reseremus. Hinc est, quod omnibus hanc paginam inspecturis notum esse cupimus, quod H. plebanus de Emeringin et plebanus de Erphsteden pro quadam decima, que sita est in monte quodam iuxta Wilcingin, iam dudum decertarent et in unum convenire non possent, talis ibidem data fuit sententia, ut acceptis IIII^{OR} idoneis personis, quicquid super hoc diffinirent, utraque pars consentiret. Hoc^a decanus de Haizingin vir providus et discretus sibi assumpsit et examinatore horum testium fuit, qui sibi unum post unum assumens et cum iuramento requisivit, ut veritatem super hoc revelarent. Testes hii sunt: Hei[n]ricus de Wilcingin, Azzo, Cunrat Edelman et frater suus de Wilcingin. Primus accessit, qui decimam supradictam ecclesie in Erphsteden abiudicavit et ecclesie de Emeringin restituit et hoc idem secundus et tercius uno ore et uno sensu iurati super animas eorum revelarunt, quo facto decanus de Haizingin convocatis confratribus suis, ubi dominus Henricus de Emeringin plebanus presens fuit et plebanus de Erphsteden, secundum quod sibi supradicti testes dixerunt supradictam decimam et montem in Wilcingin ecclesie de Erphsteden abstulit et ecclesie in Emeringin adherere constituit, quod tunc dictus plebanus de Erphsteden coram omnibus ratum habuit. Huius rei testes sunt: plebanus de Bichinsusen^b et plebanus *et* de Wachingin et plebanus de Geffingin et vicarius de Nuwenburc et vicarius de Kirchaim et vicarius de Unlegen et plebanus de Tigeruelt. Et ne in posterum verbum verbo machinetur, ipse decanus presentem paginam sigillo suo ex parte omnium supradictorum roboravit.

^aWohl verschrieben für *hos*.

^bWohl verschrieben für *Bichinhusin*.

¹Sulger: Annales Zwifaltensis, Bd. 1, S. 213, wird die Urkunde ins Jahr 1260 gesetzt; dies widerspricht der Schrift nicht.

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das Siegel verloren. Die Schrift der Urkunde ist zum Teil durch Wasser beschädigt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 551 U 899

Überlieferung und Textkritik:

Original. Auch im Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 367, S. 8.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsbestimmung

Ortsindex:

Bichishausen Wohnplatz (15903)
 Bichishausen, Münsingen, RT
 Emeringen Wohnplatz (16804)
 Emeringen, UL
 Erbstetten Wohnplatz (16772)
 Erbstetten, Ehingen (Donau), UL
 Göffingen Wohnplatz (17708)
 Göffingen, Unlingen, BC
 Hayingen Wohnplatz (15868)
 Hayingen, RT
 Kirchen Wohnplatz (16783)
 Kirchen, Ehingen (Donau), UL
 Neuburg Wohnplatz (16868)
 Neuburg, Lauterach, UL
 Oberwilzingen Wohnplatz (15875)
 Oberwilzingen, Hayingen, RT
 Tigerfeld Wohnplatz (15951)
 Tigerfeld, Pfronstetten, RT
 Unlingen Wohnplatz (17712)
 Unlingen, BC
 Unterwachingen Wohnplatz (16969)
 Unterwachingen, UL